EBD I. P(ost) NAT(ale) AP(osto)LOR(um). LEC(tio) EP(istolae) B(eati) P(auli) AP(osto)LI AD ROMANOS.

FR(atre)S. humanum dico p(ro)p(ter) infirmitatem carnis u(est)r(a)e. sicut eni(m) exhibuis
tis membra u(est)ra servire inmunditi(a)e & iniquitati ad iniquitate(m). ita n(un)c
exhibete membra u(est)ra servire iustiti(a)e in s(an)c(t)ificationem. & c(a)etera.

Magna sollicitudo & cura salutis u(est)r(a)e. OMELIA LEC(tionis) EIUSDEM
ac devotio (a)eterni profectus uestri coram d(e)o. nos ammonet ex apostolica
lectione aliquantulum tractare uobiscum qua(m) audistis. humanu(m)
inquid dico p(ro)p(ter) infirmitate(m) carnis u(est)r(a)e. q(uonia)m d(i)u potestis plene(m) audire
diuinu(m). sive ita humana ratione dignu(m) loquor. q(uo)d omnes mecu(m) sen
tire possunt & ne ullus abnuere. sic eni(m) inquit exhibuistis membra
u(est)ra servire inmunditi(a)e & iniquitati ad iniquitate(m). ita n(un)c exhib(ete) & me(m)
bra u(est)ra servire iustiti(a)e in s(an)c(t)ificatione(m). l(ibertate) gloriosu(m) quid e(st). ut ita qui
uirtutibus sicut uitiis servi(a)t. multo enim amplius & multo inten
tius est honoranda iustitia. & ideo dicit humane se loqui. Sic er
go inquit human(a)e ne & communiter ago. eadem postulo simulia
requiro. Dudum ergo patrum nostrorum pedes currebant
ad d(a)emonum templa. nostri nunc curru(n)t ad ecclesiam d(e)i.
pedes qui prius libenter currebant ad effundendum pro
ximi sanguinem. Nunc multo libentius ad liberandum
proximum currant. manus qu(a)e prius uelocer erant alie
na diripere nunc sint multo ueločiora ad propria lar
genda. oculi qui prius intendebant ad pulchritudine(m)
mulierum. uel alienum aliquid ad concupiscendum.
nunc multo intentius circumspiciant pauperes. debiles.
egenos ad miserandum. Aures qu(a)e delectabantur auditu
uano. nunc convertantur ad audiendum uerbum d(e)i.
ad explananda diuina precepta & ad capiendum sapi
enti(a)e disciplinam. Lingua qu(a)e convitiis uel maledic
tionibus aut turpiloquiis erat adsueta. nunc conuer

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0196